



DISSE

20

DISSERTATIO IN AVGVRALIS CHEMICO-MEDICA,

DE

TINCTVRIS ALCALINIS

QVAM

EX AVCTORITATE GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

PRAESEIDE

VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

D. ANDREA ELIA BVCHNERO,

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI.

AVGVSTISSIMO PRVSORVM REGI A CONSILII SANCTIORIBUS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDIN.
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVR. CVRIOSOR. PRAESEDE,
ET COMITE PALATINO CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME OBTINENDIS,

AB D. XV. SEPT. A. O. R. CLO CCXLVI.

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR
ERNESTVS FRIDERICVS ZITTMANN,

DRESDENSIS - SAXO.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIIS CHRISTOPHORI PETRI FRANCKII, ACAD. TYPOGR.

20

DISTRIBUTIO INAGRAVIAE CHYMICO MEDICO

ALGALINIS TINCTURA

EXTRACTA AERATISSIMA ET ALTA MAGISTRA MEDICINA

EXTRACTA AERATISSIMA ET ALTA MAGISTRA MEDICINA

EXTRACTA AERATISSIMA ET ALTA MAGISTRA MEDICINA

DOMINO

DANDRA HIA BACHNERO

SACRIFORUM IN FORTI MOTTI

ACQUAM PRO THERAPIA RICCA CONSERVA SANGUINIS
MEDICO ET PHARMACEUTICO MAGISTRA MEDICINA
IN BIBLIANOVAE ET ALTA MAGISTRA MEDICINA
ET OOMIE PIAVIA DABARO

PROGRADA DOCTORIS

EXTRACTA AERATISSIMA HONORARIIS ET FRANCISCI

DOCTORIATIS ILLUSTRISSIMI CONSULIS

AD D. XMAS. 1. A.D. 1700 DECIMI

ATTICE EDITIONIS

AVATOR

ERNESTAS LUDWIGICAS SITTMANN

DISSEMINIS - EXAO

ERNESTUS LUDWIGICUS

ERNESTUS CHRISTOPHERI PETRI PRINCIPII DEI TITULARIS



DISSERTATIO IN AVGVRALIS
CHEMICO-MEDICA,
DE
TINCTVRIS ALCALINIS.

P R O O E M I V M



*D*istinctam corporis humani cognitionem admodum necessariam esse, neminem fore existimare quid id eat inficias. Duplici autem ratione considerari debet corpus humanum, vel tanquam corpus structum & textum, vel tanquam mixtum. Ad prius obtinendum, Anatomia opus erit; ad posterius vero rite intelligendum requiritur, ut Medicus Chemiam, nobilissimam illam scientiam, calleat, quæ circa corporum naturalium mixtiones versatur. Sed & aliud usus est, quem medicina Chemia foeneratur. Medici nempe officium est, perspectum habere modum conservandi sanitatem presentem, & amissam restituendi. Quod ut impetrari pos-

fit, commoda ad hunc finem remedia erunt necessaria. Medicina itaque medicamentis carere non potest, utpote instrumentis, quibus egemus ad sanitatem tuendam aequa, ac morbos ex corpore agro propellendos. Inerit igitur aliquid medicamentis, unde intelligi possit, cur usurpata hunc magis, quam aliud, in corpore prestant effectum, & cur quedam sanitati magis patrocinentur, quam alia; hec illi, alia alii morbo exstirpando plus sint accommodata remedia. Hec iam ex corporibus, que in amplissimo mineralium, vegetabilium ac animalium regno prostant, deponuntur. Ad quorum mixtiones recte introspicendas, quum ope Chemiae perveniatur: tum hoc modo perspici poterit ratio, aliis tamen simul in auxilium vocatis principiis, cur hoc vel illud medicamentum hanc, nec aliam, exferat efficaciam. Poterant porro opitulante Chemia quedam miscibilta, in corpore quodam naturali obvia, separari, atque cum aliis miscilibus, que in alio corpore reperiuntur, conjungi, ut novum inde mixtum prodeat, novam medicinam constituens, artificis intentioni satisfacentem. Atqua ita artem quandam inveniendi medicamenta Chemia in se continebit, que quamvis directe ad medicinam non spelet, magis ad physicam referenda, ea tamen nullus Medicorum carere poterit. Ob quam causam in magna semper existimatione erat Chemia apud Medicos, in eorumdem scolis, a multis abhinc seculis ad nostram usque etatem, tractata. Quum igitur eximia huius scientie sit utilitas in medicina, operae pretium judicavi, huius rei specimen quoddam publicum dare. Probavit semini iam sollicito de ihemate inaugurali, Dissertatione publica ex statutis academicis pertractando, argumentum de TINCIVIS ALCALINIS, quod non adeo pertritum plane que confessum esse mihi videbatur. Caius argumenti tractationem tribus

tribus momentis commodissime absolvvi posse arbitratus sum, & quidem ita, ut primo loco agatur de materia ad Tincturas alcalinas necessarias; deinde modus easdem parandi, nec non eaurundem diversitas indicentur; & tandem effectus explicentur, qui ab hisce Tincturis in corpus humanum proficiuntur.

Qua de re conceptas meas meditationes L. B. optimam, in partem interpretari velit.

CAPUT I.

De materia ad Tincturas alcalinas necessaria.

ALICALI FIXVM est sal, qui linguae causticum sapo rem imprimit, cum acido quoconque effervescit, in aere humido facilime deliquescit & in igne constans, persistit.

§. II.

Kali planta est, hoc nomine populis orientalibus, *Eius origo.* & qui ad ora marium ac fluminum habitant, notissima, qua si igne comburitur, cineres relinquit collapsos, qui salem sat acrem respiunt. Quando autem hi cineres servidæ aquæ injiciuntur, coquuntur, tum acre & salsum quoddam exhibent lixivium, quo convenienter segregato dein, in fundo vasis remanet altera horum cinerum pars, plane insulfa,

DISSE

DISSERTATIO IN AVGVR. CHEMICO-MEDICA

insulsa, terrestris, quæ & in aqua solvi, & in igne comburi amplius recusat. Quodsi tandem hoc lixivium ad eam usque spissitudinem igne incoquatur, ut prorsus secum fiat, in vase massa conspicitur solida, alba & omnibus qualitatibus praedita, quas §. antecedens exponit. Iste sal descrip-
to nunc modo ex planta Kali paratus, voce arabica *alcali nominabatur*. Nunc autem hujus vocis usus latius patet,
translate ad salem, qui ex omnibus corporibus combustibili-
bus, maxime ex regno vegetabili petitis, eadem vero
ratione tractatis, qua planta Kali, obtinetur, utpote qui
eandem indolem exhibet, quam definitio antecedens cuicun-
que sali alcalino fixo vindicavit.

*Variatores
sali alcali-
ni species.*

Quodsi chemici sale quodam alcalino fixo ad opera-
tiones perficiendas opus habent, tum ipsis frequentissimo
usui esse soleant, sal tartari, cineres clavellati, nitrum alcali-
sum. Quæ quo parentur, modo, de eo consuluntur auctores
chemici. *Conf. cel. BOERHAAVI Elem. Chem. Tom. I. Part. II.
de alcali fixo. NEVMANNI Praelect. Chem. Part. II. Cap. III.
VUNCKELII ars vitraria.*

*Qualitates
sali alcali-
ni fixi.*

Præter illas, quæ jam §. I. salibus alcalinis fixis tribuit
qualitates, aliæ adhuc hoc loco adnotandas erunt. Habent
nempe sales alcalini fixi id singulare, ut coeruleum syrupum
violarum colorem in viridem transmutent; salem urinorum
ex sale ammoniaco extorqueant; sulphur tam in forma sic-
ca, quam liquida penitus solvant; cum oleo & pinguedine
in

in saponem abeat, saturati autem acido, in salēm neutrūm degenerent. Vera hæc esse quisque experietur, qui hie necessaria experimenta cum istis salibus instituere velit.

§. V.

Quousque Physici æque ac Chemicæ naturam corporum exploratam habent, nemo hactenus fuit, qui purum salēm alcalīnum fixum in corpore naturali adesse demonstrasset. Magis itaque spectandi erunt hi salēs tanquam producta artis. De quorum genesi hic nil dicam, cum hæc res ad scopum meum non pertineat. Conferri tamen eius intuitu merentur BOERHAAVIUS & NEUMANNVS.

§. VI.

Spiritus vini sali alcalino fixo adfusus caloreque digestus, quando saporem aerem & colorem rubicundum obtinuerit, tum liquidum hoc *Tinctura alcalina* nomine venire solet.

§. VII.

An vero alkali per se qua tale, an omnis spiritus vini Schellone hanc Tincturam efficiant, nec ne? idem infra patebit, ubi conditiones utriusque necessaria enarrandæ erunt.

§. VIII.

Quando spiritus vini crebris distillationibus, usq[ue] ad Quid est tam lenissimo ignis gradu institutis, rectificatur, ejusdem subtilissima particula collecta in vase excipienti verum spiritum rectificatum constitutum, relieto in vase distillatorio liquido.

§. DISSERTATIO IN AVGVSTI CHEMICO-MEDICA

liquido quodam lactei coloris, i parumque integrati odoris; unde tandem oleum separari potest, quod iisdem qualitatibus, quibus olea ætherea gaudent, præditum esse observatur. Hoc oleum dici poterit *oleum spiritus vini heterogeneum.*

§. IX.

Quid per phlogiston intelligatur. Insunt corporibus naturalibus particulae, quæ ope ignis, accidente libero ære, in altum vehuntur, atque cum acidis mineralibus unitæ, corpus quoddam inflammabile, *sulphur commune* dictum, constituant. Adgregatum harum particularum chemicis *principium phlogiston* adpellatur.

§. X.

Phlogiston in corporibus iunctum est vel cum partibus cum quibus specificè gravioribus, vt in metallis; vel specificè levioribus, vt in substantiis vegetabilium ac animalium. iunctum sit.

§. XI.

Qualitates alcali ab addito eidem phlogisto arctissime vnitur, ita, vt in aqua dito phlogisto solutus cum eadem simili per filtrum transeat. Idem porrò sal ab admisso eidem phlogisto valde acuitur, majoremque causticitatem adquiret, si adiiciendum phlogiston corporibus inhæreat, quorum partes specificè graviores, minorem autem, si talibus connectatur, quorum partes specificè leviores fuerint.

§. XII.

§. XII.

Quum alcali ab adiecto eidem phlogisto magis causti-
cum fiat, quam ante erat (§ anteced.), alcali a phlogisto ei-
dem addito mutatum esse, exinde consequitur.

§. XIII.

Phlogiston, depromptum ex corporibus, quorum
partes specificè graviores sunt, sibi alcalino admistum, ei-
dem majorem causticitatem conciliat, quam illud, quod ex
corporibus in eundem salē transit, quorum partes specificè
leviores sunt (§. XI). Quare necessum est, ut alcali cum
metallis tractatum, v. g. ferro, magis causticum reddatur,
quam illud, quod a phlogisto subiicit cuiusdam vegetabilis, e. g.
carbonum, acuitur.

§. XIV.

Ex physicis constat, corpora arctius inter se cohærente,
quorum partes se in pluribus punctis contingunt, laxius autem
inter se iungi, quorum partes in paucioribus punctis ad
se redeunt. Sed alcalini sales per phlogiston mutati inter
se vniuntur (§. XI). Quo arctior itaque hæc cohæsio
phlogisti cum sale alcalino fiat, curandum erit, ut se in plu-
ribus punctis contingent. Contingent se autem miscibilia
in pluribus punctis, si probe comminuta fuerint. Quare
ad arctiorem phlogisti unionem cum sale alcalino impetrando
necesse erit, ut alcali æque, ac corpus, cui phlogiston
inest, eidem sibi alcalico adiiciendum, in minutissimas parti-
culas redacta, inter se misceantur. Quum porro phlogisti
hæc indoles sit, ut ope ignis, accidente libero aere, in

B

altum

Observan-
da circa al-
cali muta-
tionem per
phlogiston.

IO DISSERTATIO IN AVGVR. CHEMICO-MEDICA,

altum avolet (§. IX.), ad alcali autem per phlogiston mutatum arctior vtriusque vnio inter se requiratur, in igne impetranda (§. XI); cavendum hinc erit, ne ær liber ad crucibulum, cui tractanda massa inditur, nimium admittatur, & magna pars phlogisti inde in auras avolet. Quod hoc modo prospicitur, si crucibulum sub operatione tectum fervatur.

§. XV.

Quando
Tinctura
alcalioria
ur.

Sumatur sal alcalinus purissimus, adeoque ab omni parte heterogenea liber, adsundatur eidem spiritus vini, oleo suo heterogeneo vel adhuc scatens, vel ab eodem separatus, hinc vere rectificatissimus, isque porro vel solus, vel cum aliis oleis aethereis imprægnatus. Digere hocce mixtum usque eo, quoad velis, nec nullam obtinebis Tincturam. E contrario accipiatur alcali per phlogiston mutatum, adsundatur eidem spiritus vini, ab oleo suo heterogeneo nondum liberatus, vel, si fuerit vere rectificatissimus, eidem admisceatur oleum quoddam athereum, collocetur tandem mixtum ad digestionem, & mox enasci videbis rubicundum colorem in spiritu vini, qui lingua ad motus, eidem acrem sensim imprimet. Quodsi vero solus spiritus vini vere rectificatissimus, h. e. a sui aliorumque oleorum aetherorum connubio solutus, eidem alcali per phlogiston mutato adsundatur, atque de reliquo ut antea procedatur, tum omnis labor iterum irritus erit, & nulla Tinctura impetrabitur.

§. XVI.

Condicio
spiritus vi-
ni ad Tinc-

Quum spiritus vini, qualicunque sali alcalino superflus, ab eodem nontingatur, nisi vel suo heterogeneo, vel alio

alio oleo aethereo imprægnatus (§. antec.): hinc necessum erit, ut spiritus vini vel suo heterogeneo, vel alio oleo aethereo permisitus scateat, si eodem uti velis loco mensrui, ad Tincturam ex sale alcalino extrahendam.

Tincturas alcalinas necessaria.

§. XVII.

Sed cum etiam non omne alcali tingat spiritum vini, qualiscunq; hic etiam fuerit, nisi mutatum per phlogiston (§. XV.); hinc patet, quod sal alcalinus per phlogiston mutatus esse debeat, si eundem, tanquam congruam massam, ad Tincturam inde parandam, adhibere velis.

§. XVIII.

Atque ita ex §§. XVI. XVII. manifestum est, Tincturarum alcalinarum materialia sequentia esse:

I. Spiritus vini vel suo heterogeneo oleo gaudeat, vel hoc deficiente, alio aethereo imprægnatus sit.

II. Alcali vero per phlogiston mutatum sit.

§. XIX.

Pro diversitate corporum phlogisto præditorum, quæ Tinctura alcali mutando adduntur, ut inde massa idonea generetur, ad Tincturas inde parandas, Tincturæ inde enatae peculia-
ria quoque nomina nanciscuntur. Tinctura nempe, quæ ex alcali per phlogiston reguli antimoniæ martialis mutato
oritur, Tinctura Antimonii regulina audit. Quæ vero ex
cupro & stanno anglicano, sali alcalino additis, nascitur,
Tinctura metallorum nomine insignitur. Quæ ex alcali per

12 DISSERTATIO IN AVGVR. CHEMICO-MEDICA,

regulum antimonii simplicem mutato prodit, dicitur *Tinctura antimonii tartarisata*. Si tandem Tincturæ ex alcali, per adiectum sulphur minerale mutato, vel ex tartaro impuro magis calcinando eliciuntur, harum prior *Tinctura sulphuris*, posterior autem *Tinctura Tartari* appellatur.

§. XX.

*Cur plura
hoc capite
sion tra-
dantur.* Plura hoc capite a me dici possent, si animus mihi foret in amplissimum campum evagandi, nec adquiescendi in principiis proximis. Existimo me hoc loco sufficientia adduxisse pro explicandis sequentibus. Si tamen quædam hic desicere viderentur, ea forte huius indolis erunt, quæ in quovis tirone chemico ac medico supponi posse arbitratu sum. Quare iam nihil amplius superest, quam ut ad sequens caput dissertationis meæ transeat.

CAPVT II.

De modo parandi Tincturas alcalinas, earumque diversitate

§. XXI.

*Modus pa-
randi Tin-
cturas alca-
linas.* Modus parandi Tincturas alcalinas tribus momentis, quæ sequuntur, absolvitur:

- I. *Sal alcalinus fixus per additum eidem phlogiston mutetur;*
- II. *Eidem adfundatur spiritus vini, oleo suo heterogeneo adhuc præditus, vel eodem iam privatus alio quodam oleo ethereo prius imbuatur;*

III. Mix-

*III. Mixtum hoc tandem calore ad digestionem necessario
soveatur, in vase ritro.*

Quibus rite peractis Tincturam alcalinam veri nominis impetrabis. Demonstratio huius recte resoluti problematis ex antecedentibus ita colligitur: Tinctura nempe alcalina est liquidum acredinem resipiens, rubicundi coloris, quo imbutitur spiritus vini, ad salem alcalinum fixum adsusus (§. VI.). Sed alcali fixum hasce qualitates spiritui vini, qualiscunque ille etiam fuerit, non largitur, nisi prius per phlogiston mutatum sit (§. XVII.). Quare iam salem alcalinum fixum per phlogiston mutari oportet. Q. E. membr. I.

Quum vero nec alcali per phlogiston mutatum quemcunque spiritum vini rubicundo colore tingat, neque eidem simili acredinem quandam, adeoque eas qualitates concedat, quae ad Tincturam alcalinam necessario requiruntur (§. VI.), nisi idem oleo suo heterogeno adhuc gaudeat, vel si eodem iam careat, alio quodam oleo aethereo praeditus fuerit (§. XV.); hinc necesse erit, ut spiritus vini, enarratis modo qualitatibus instruetus, ad salem alcalinum per phlogiston mutatum adsundatur. Q. E. membr. II.

Quam tandem spiritus vini, adsignata in membro II. conditionis, alcali per phlogiston mutato adsusus, acredinem quandam & rubicundum colorem adipiscatur; hinc vero plane simile est, ex alcali, descripta membro I. indolis, partes quasdam in spiritum vini transire. Hic transitus particularum ex sale alcalino fixo in spiritum vini magis facilitabitur, si mixti huius resolutio adiuvetur. Obtinetur id omnium optime calore digestionis. Quare mixtum hocce calore digestionis soveatur. Q. E. membr. III.

NXXI

B 3

§. XYII.

14 DISSERTATIO IN AVGVR. CHEMICO-MEDICA.

§. XXII.

Scholiou §.
anteced.
conceruens.

Iuvabit præterea celeriorem Tincturæ genesin massæ infundendæ eiusque adbuc calentis facta antecedens communitatio. Hac enim ratione spiritus vini & massæ huius particula se in pluribus punctis contingere poterunt, ut adeoque miscibilia eo citius inter se vniuantur. Quænam vero ea sint in Tincturis alcalinis, sequens docebit §.

§. XXIII.

Tincturæ
alcalinae
quid in se
contineant.

Tincturæ alcalinae verum alcali & oleum in se continent. Tincturæ enim alcalinae, linguae admotæ, causticum sensum eidem imprimit, permixtæ cum aceto effervescent, adfusæ syrupo violarum eiusdem colorem coeruleum in viridem transmutant, nec non addita kali ammoniaco, talem vrinosum ex eodem extricant: quorum omnium fidem quisque sibi facere poterit, attentus ad sensus suos, institutis in hac rem experimentis. Singula autem nunc modo recensita qualitates alcali vero competit (§. I. & IV.). Ex identitate igitur qualitatum alcali veri, in Tincturis alcalinis obviarum, tuto colligere licebit, in iisdem quoque alcali verum contineri. Q. E. P.

Quum etiam ad Tincturam alcalinam spiritus vini vel suo heterogeneo, vel alio oleo æthereo prædictus, necessario requiratur (§. XVIII. membr. I.). Hinc exinde simul etiam liquido adparebit, quod Tincturæ alcalinae oleum, quoddam in se contineant. Q. E. A.

§. XXIV.

§. XXIV.

Tinctura alcalinae alcali & oleum in se continent (§. ante-
ced.). Sed ex alcali & oleo nascitur sapo (§. IV.): *Eruunt se
de Tincturas alcalinas estimari oportet, ut sapones liquidos.*

§. XXV.

Tincturæ alcalinae, ad quarum confectionem alcali per Diversus
phlogiston corporis specifice gravioris mutatum eligitur, erunt causticæ
magis causticæ illis Tincturis alcalinis, que ex alcali per phlo- in Tinctu-
ristis alcali-
giston corporis specifice levioris mutato parantur. Etenim ris.

Tincturæ alcalinae verum alcali in se continent (§. XXIII.).

Idem vero cum ante mutandum sit per phlogiston, quam
idoneum evadat, ad Tincturam inde conficiendam (§. XVIII.
membr. II.); simulque ab addito eidem phlogisto corporum
specifice graviorum magis acuatur, quam corporum speci-
fice leviorum (§. XIII.): tum necesse erit, ut etiam eius-
modi Tinctura alcalina, qua nata est ex alcali, per phlogi-
ston corporis cuiusdam specifice gravioris mutato, causti-
citate eam superet, quæ originem suam deduxit ex alcali non
ita caustico, adeoque tantum mutato per phlogiston corpo-
ris specifice levioris. Patet ergo veritas propositionis, Q.

E. D.

§. XXVI.

Tinctura antimonii regulina oritur ex alcali per phlo-
giston reguli antimonii martialis mutato; & Tinctura me-
tallorum nascitur ex alcali, quod per phlogiston cupri &
stanni mutatur. Vtræque igitur species harum Tinctura-
rum prodeunt ex alcali per phlogiston corporum specifice

Species Tinc-
turarum
alcalina-
rum valde
confica-
rum.

gravio-

16 DISSERTATIO IN AVGVST. CHEMICO-MEDICA,

graviorum mutato, enata, aliasque causticitate sua antecellunt (§. antec.). Tincture itaque, antimoniij regulina, nec non metallorum, admodum erunt caustice.

§. XXVII.

Tinctura-
rum alcali-
narum spe-
cies levius
caustica.

Tinctura antimoniij tartarisata provenit ab alcali per phlogiston mutato, quod partim sulphuri antimoniij, partim eiusdem metallicae substantia inest. Tinctura autem sulphuris dependet ab alcali immutato per phlogiston ipsius sulphuris. Tandem alcali ad Tincturam tartari mutatur per phlogiston ipsius salis tartari, sed impuri, vi ignis extircatum. Haec omnia ex §. XIX. elucescent. Qui vero haecce corpora, ex quibus phlogiston ad alcali immutandum prodeat, pro enarratis Tincturarum alcalinarum speciesbus parandis, respectu aliorum corporum, considerat, ille hic sine dubio concedet, phlogiston ex corporibus specifice levioribus in alcali esse profectum. Sed ex alcali, quod per phlogiston, ex corporibus specifice levioribus elicatum, mutatur, Tinctura non ita caustica generatur (§. XXV). Ex quo itaque conspicuum erit, cur Tincturæ, antimoniij tartarisata, sulphuris nec non salis tartari, causticitate inferiores sint Tincturis in §. antecedente commemoratis.

§. XXVIII.

Hac confir-
mantur ex-
perientia:

Vtrorumque paragraphorum praecedentium veritatem confirmat experientia. Vocentur modo sub examen lingua omnes Tincturarum alcalinarum species in dictis §. §. citata, atque tum observare licebit, quantopere superent causticitate Tinctura §. XXVI. notata eas, quarum mentionem facit §. proxime antecedens.

§. XXIX.

§. XXIX.

*Si ad Tincturam sulphuris conficiendam sumatur spiritus vini multo phlegmate abundans, tum Tinctura inde enata par-
tes sulphuris in se comprehendet. Sal enim alcalinus sulphur
ita solvit, ut totum mixtum in aqua solvi, & per filtrum transire possit (§. XI.). Ad Tincturam autem sulphuris parandam massa est necessaria ex alcali & sulphure confita (§. XIX.), adeoque talis, qua solvi poterit in aqua. Sed phlegma spiritus vini nihil aliud est, quam aqua, hinc massa, unde Tinctura sulphuris paratur, in phlegmate quoque spiritus vini solubilis erit. Si itaque spiritus vini, ad Tincturam sulphuris parandam adhibitus, phlegmate abundaverit, tunc Tincturam hanc partes sulphuris ingrediantur, necesse erit. Q. E. D.*

§. XXX.

*Atque hoc ipsum a posteriori probari potest, dum ni-
mirum ex eiusmodi Tinctura sulphuris, instituta præci-
pitatione, sulphur crudum obtinetur.*

§. XXXI.

*Si Tinctura antimonii regulina cum spiritu vini phle-
gmatico paretur, tum in ejusmodi Tincturam multæ portiones metallicaæ antimoniales transfibunt. Ad Tincturam enim antimonii regulinam parandam opus est antimonio martiali, per cuius phlogiston adiectum alcali mutatur (§. XVIII.), & totus regulus in scorias redigitur. Enata inde massa hu-
ius iam est indolis, quod experientia docet, ut aquæ im-
missa facile ab eodem solvatur. Phlegma autem spiritus vi-*

C

pi

nī aqua est, in illius mixtione adhuc obiva: quin itaque hæc massa a spiritu phlegmatico solvatur, dubitari nequit. Multæ ergo portiones metallicæ antimoniales in Tincturam antimonii regulinam transibunt, paratam cum spiritu vini phlegmatico. Q. E. D.

§. XXXII.

Idem præbatur ex parte rievicia.

Neque hīc nobis denegat calculum suum experientia. Recens enim Tinctura antimonii regulina turbida adpareat, quæ tandem intericto quodam temporis spatio limpida sponte evadit, demissò ad fundum vitri sedimento, unde ope flamma in carbonem irruentis, regulus antimonii rufus produci potest. Vt de eo nihil dicam, quod huncce Tincturam, adhuc recentem usurpatam, vomitum creare obseruent practie; unde omnino colligenda foret præsentia partium metallicarum antimonialem, vt pote quas vi emetica instructas esse, satis abunde constat.

§. XXXIII.

*Quid puræ
& impuræ
Tinctura
alcalinae.*

Tincturæ alcalinæ puræ dicuntur, quas nullæ aliae partes, præter alcalinas & oleofas, ingrediuntur: impuræ autem erunt, si in iisdem adhuc partes aliae, præter alcalinas & oleofas, adfuerint.

§. XXXIV.

*Tinctura
alcalinæ
puræ
Species.*

Tinctura antimonii regulina æque ac sulphuris, spiritu vini phlegmatico parata, præter alcalinas & oleofas, alias adhuc partes in se continent (§§. XXIX. & XXXI.). Quare Tinctura antimonii regulina, nec non sulphuris, dielio modò parata, erunt Tincturæ alcalinæ impuræ (§. anteced.).

§. XXXV.

§. XXXV.

Tincturæ alcalinae puræ eadem principia constitutiva ha-
bitant. Sunt enim Tinctura alcalinae puræ, quæ præter al-
calinas & oleosas, nullas amplius partes in se continent
(§. XXXIII.). Tincturas igitur alcalinas puras eadem prin-
cipia constitutiva habere, dubitari nequit. Q. E. D.

§. XXXVI.

Tincture alcalinae impuræ diversis gaudent principiis. Differentia
Tincture alcalinae impuræ dicuntur, quæ præter alcalinas & principio-
oleosas, alias quoque partes in se comprehendunt (§.
XXXIII.). Possunt autem haec partes esse diverse, ut in
Tinctura sulphuris sulphur, in Tinctura antimonii reguli-
na, metallicae antimonii portiones. Vnde Tincturas alca-
linas diversis gaudere principiis, manifestum erit. Q.E.D.

§. XXXVII.

Quum Tinctura alcalina pura quoad principia consti-
tutiva inter se conveniant (§. XXXV.): Hinc tales Tincturae
puræ non nisi gradu causticitatis inter se different; im-
puræ autem & ratione causticitatis & diversorum principio-
rum constitutivorum, inter se distinctæ erunt.

§. XXXVIII.

Partes chemici hucusque sustinui, quibus nunc reli-
ctis, iam medici personam tuiturus, ad caput ultimum su-
ceptæ tractationis progredior. Exponendus ibi erit usus,
quem Tincturæ alcalinae in corpore humano praestant. Nec

C 2

dubi-

*Transitus
ad caput se-
quens.*

dubito, quin haec tenus dicta me quoque in capite sequenti adiutoria sint.

CAPVT III.

De effectibus Tincturarum alcalinarum in corpore humano.

§. XXXIX.

*Fundame-
num huius
capitis.*

Tincturæ alcalinæ quum partes alcalicas æque, ac oleosas, in se contineant (§. XXXIII.), atque ex hisce partibus solis Tincturæ alcalinæ constent (§. XXXV.) ; præterque has impuræ alias adhuc partes in se comprehendant: Hinc quicquid a Tincturis alcalinis vel puris, vel impuris, in corpore humano efficitur, illud vel ab alcalinis, vel oleosis, vel aliis partibus, si nempe Tincturæ alcalinæ impuræ fuerint, derivandum erit.

§. XL.

*Vehiculum
pro Tinctu-
ris alcali-
nis.*

Quum omnis effectus Tincturarum alcalinarum in corpore humano, a partibus easdem constituentibus deducendus sit: cavendum erit, ne earundem mixtura a vehiculo, quo in corpus deferuntur, invertatur. Quod ne fiat, aqua pura eligatur, tanquam optimum ad Tincturas alcalinas vehiculum.

§. XLI.

*Tinctura-
rum alcali-
narum vis
ans acida.*

Salium alcalinorum ea est indoles, ut non solum cum acidis effervescent (§. I.), sed & eadem dulcificant. Ob alcali igitur in Tincturis alcalinis contentum (§. XXII.), hec intra

intrâ corpus humanum delatæ, eundem quoque præstabunt effectum. Erit igitur usus Tincturarum alcalinârum in morbis, vbi acidum in primis abundat: ut in malo hypochondriaco, soda, &c.

§. XLII.

Tinctura alcalinæ vrentem sensum imprimunt; hinc earundem
vi stimulante gaudent. Propter vim vero stimulantem, qua vis refol-
vens. Tincturæ alcalinæ sunt præditæ, actio simili partium nerveo-
mascularium intenditur. Quia intensa humores viscidæ atteinantur. Proderunt itaque Tinctura alcalinae in omnibus morbis, excessio-
nes prama-
vera. vbi attenuatione humorum opus est. Hinc salutari cum fructu hæ Tincturæ usurpantur in cachexia, in obstructiōnibus viscerum, in malo hypochondriaco, nec non aliis morbis, quæ natales suos ex lymphâ & seri corruptione ducunt.

§. XLIII.

Efficaciam humores attenuandi Tincturis alcalinis Excrecio-
competere, ex §. antecedenti constare potest. Resolutis nes prama-
vero humoribus, excretiones inde pendentes eo facilius vera.
consequuntur. Tinctura igitur alcalina erunt remedia, ad excretiones salutariter promovendas congrua. Quidus adeo-
que attribuenda erit vis diaphonica, diuretica atque emmena-
gogæ.

§. XLIV.

Ob vim diaphonicam æque ac diureticam, quæ Tint. Hinc illa-
curis alcalinis inest, (§. anteced.) gravissimi morbi vel iam rum usus
extimus. presentes in corpore ex eodem tolluntur, vel eidem iuueni-
C 5 tes

tes, praecaventur, vt congestiones, tot tantisque malis stiptatae, febres & id genus alia. Quum etiam ab obstructione mensium sexus sequioris plurimi morbi, teste experientia, ortum suum trahant: tum propter vim emmenagogam, qua gaudent Tincturæ alcalinæ, eximii erunt usus in morbis mulierum.

§. XLV.

Vis digestiva.

A Tincturis alcalinis actionem partium nervo-muscularium intendi, docet §. XLII.. Hinc quoque ut ab earundem usu actio ventriculi simul augeatur, necesse erit. Actione ventriculi adaucta, contentæ in eodem cruditates resolvuntur. Vnde Tincturæ alcalinæ vis digestiva adscribenda erit.

§. XLVI.

Vis abstergativa.

Vi digerendi pollent Tincturæ alcalinæ (§. anteced.) Cum vero ex spectari simul debeat ut sapones liquidi (§. XXIV.): hinc iisdem vis abstergendi primas vias conveniet.

§. XLVII.

Vis septica.

Salibus alcalinis vis septica competit. Hi iam cum in Tincturis alcalinis detineantur (§. XXIII.): iisdem quoque usus chirurgicus, quamvis non soleat, posset tamen concedi.

§. XXXXVIII.

*Effectus
Tincturae
Sulphuris
impuræ.*

Tinctura sulphuris impura non alcalinis solum patibus, sed etiam sulphure crudo imbuta est (§. XXIX.). Convenit vero

vero sulphur ad exanthemata serosa expellenda: quare Tinctura impura eo praestantior erit efficacia, ad scabiem in peripheriam corporis propellendam, quam eidem, tanquam Tinctura alcalina, vis simul resolvens competit (§. XXXII).

§. XLIX.

Partes antimonii regulinas vomitum concitare, docet Quid efficiat Tinctura antimonii regulina impura. experientia. Eiusmodi partibus Tinctura antimonii regulina impura secat (§. XXXI): *hec ergo Tinctura ad emesin provocandam adhiberi poterit*, atque ita in morbis conduceat, ubi emesis absolute necessaria indicatur.

§. L.

Ad quantitatem jam quod attinet, in qua Tinctura alcalina pro una dosi adsumenda sint, ea partim ex Tincturam alcalinarum, partim etiam subiectorum diversaratione constitui debet. Si enim Tinctura alcalina urentissima fuerint, quales sunt Tinctura antimonii regulina & metallorum, tum refractorius sufficiet dosis, ad guttas decem vel viginti constituta. Si autem Tinctura alcalina non ita valde fuerint causticæ, quales sunt Tinctura tartari, sulphuris, nec non antimonii tartarisata: tum duplo maior dosis priori determinanda erit. Ex parte subiecti considerari debet, quare illud fuerit, aut quid in eodem mutari intendatur. Adultis supra definita quantitas ordinarie sufficiet; infantibus vero ad quartam vel quintam partem adhuc dum immixienda.

§. LI.

Possunt etiam Tinctura alcalina cum alijs miscibilibus Earundem copulari, ut inde medicamen nascatur validius, ad finem vires alterari posse ab sint.

ab artifice præfixum, intra brevius forte tempus obtinendum.

§. LII.

*Cuius rei
specimen.* Sic enim Tinctura quædam alcalina, liquori terra foliata tartari adfusa, citius juvaræ observatur atrophicos, quam si iisdem sola propinetur.

§. LIII.

Aliud. Vis porro quædam tonica tincturis alcalinis conciliatur, ex addito iisdem spiritu cornu cervi, qua antea non gaudebant.

§. LIV.

Epiologus. Sed digna est mixtura, quam §. antecedens exhibet, ut de industria consideretur. Novum salem inde generari, mihi sapienter licuit. Esset vero contra præsens institutum, hac de re plura verba facere. Commodiori occasiōni hunc laborem reservavi: Nunc vero quum iam iter animo meo obversetur, curandum mihi esse video, vt, dictis summe necessariis, quæ ad argumentum, in hoc specmine academico a me pertractatum, pertinebant, dissertatio mea siuum adtingat

F I N E M.





NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

Si qua est scientia, quae medicinae non magnam solum lucem, sed insigne etiam emolummentum adferre potest, Chemiam certe hoc nomine dignam esse doctissimus quisque profitebitur. Et sane eiusdem in medicina utilitas tanta est, ut, qui eam certis vult circumscribere limitibus, insigne opus habeat prudenter, ne ipsam vel plus iusto extendat, vel nimis angustos ei constituat terminos. Admodum enim multae in humano corpore contingunt mutationes, quaenulla alia ratione, nisi Chemiae beneficio, intelligi atque explicari possunt. Sic ciborum solutio, chylificatio, sanguificatio, fluidorum corporis humani secretio & resolutio, aliaeque id genus mutationes, non aliam admittunt

tunt explicationem, nisi principiis chemicis fundatam. Maximopere vero dolendum est, egregiam hanc scientiam adeo crassis occultatam esse tenebris, ut omnis idearum claritas fere ex ea evaserit. Te igitur, CLARISSIME DOMINE, laudabiliter fecisse puto, quod in pertrahendo hocce argumento Tuam adhibueris diligentiam & industriam, atque eiusmodi usus fueris scribendi methodo, quam leges cogitandi naturales exposcunt, & quae Te non superficiaria, sed solida eruditione instructum esse sati superque testatur. Neque defuit Tibi, reliquias, ad artem salutarem necessarias disciplinas, addiscendi occasio, cum per quator fere integros annos, in hac Fridericana, summan in excolenda re medica adhibueris diligentiam, optimosque eruditionis flores collegeris. Ego ipsement, dum solemnia pro impetrando summis in medicina honoribus sustinueras examina, egregiorum Tuorum profectum testis fui, utpote quos adeo luculenter commonestrasti, ut omnium adplausum atque adprobationem conquereris. Spero igitur, immo plane confido, fore, ut vestigia celeberimi parentis, Excellentissimi ZITTMANNI, qui magnam sui gloriam &


& famam praeclaris in medicinam, forensem
in primis, est adeptus meritis, sequaris & rem
Tuam agas clarissimo Tuo parenti honorificam
reique publicæ utilem. Quod supereft, gratulor
Tibi curriculum vitae Tuae academicae felici-
ter perfectum, summosque litterarum Tuarum
profectus, atque, vt auspicio omnium rerum
Tuarum fruoris successu, Scientia Tua aegro-
tantibus multum adferas auxilii, patriaeque
Tuae decus ac ornamentum evadas, voveo
atque exopto. Halae Magdeburgicae d. XIV.
Septembr. M DCC XVI.



in der vroeg, minneste mi' d' vroegste in malde
vve' d' armes, alder g' empfah' d' vre' que
endocht' vond i' haring ond' eijger enz. et cetera
relijcijng, so' nequid' he'Q' m'lit'as vilding eijper
v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech'
v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech' v'lech'

ANNO M. CCCCXXV

WILHELMUS DE
SCHWEITZER
HISTORIUS
CIVILIS
ET
POLITICUS
ACADEMIA
BEROLINI
PRESSES
IN
TYPIS
J. F. KÖHLERI
ET
S. H. T. V. T.
1750.



00 A 6419



f

sb.

29. Stein Handschrift



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

DISSERTATIO INAVGVRALIS CHEMICO-MEDICA,

DE

TINCTVRIS ALCALINIS

Q.V.A.M

EX AVCTORITATE GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

D OMINO

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO,

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI.

AVGVSTISSIMO PRVSSORVM REGI A CONSILII SANCTIORIBUS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDIN.
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE,
ET COMITE PALATINO CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME OBTINENDIS,

AD D. XV. SEPT. A. O. R. C. 1746.

P V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R
ERNESTVS FRIDERICVS ZITTMANN,
DRESDENSI S - SAXO.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIS CHRISTOPHORI PETRI FRANCKII, ACAD. TYPOGR.

